



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Dionysius Areopagita. 9. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

S. DIONYSIUS AREOPAGITA.

9. Octobris.

Istest DIONYSIUS, cui nomen Areopagus fecit, vir inter Athenienses eximiè doctus, & siderum contemplationi addictus. Quare eo tempore quo omnis natura morientem Christum lugebat, exclamasse fertur, *aut Deum laborare, aut mundum ruinam meditari.* A Paulo deinde Christo additus, præesse novitio Christianorum gregi Athenis iustus est. Ajunt cum Apostolis abeunti in caelos *Virgini* adfuisse. Certè eam vidisse, aspectuque tam augusto attonitus, ingenue scribitur affirmasse, pro Deo hanc habiturum se, fuisse, nì fides Dei matrem esse suggessisset. Paulo etiam commori cupidus Roman advolavit. Sed prævertit Neronis crudelitas, qui spem tantam in Paulo prius decollavit. Galliam ergo cum jussu Clementis Pont. adisset, annos numerans X. supra centum, vincula primò tulit, tum verbera; utraque Christianâ fortitudine. Exinde ferreo, cui flammæ subjectæ erant, lectulo incubuit; sed suaviora numquam somnia de caelo, quam tunc vidit. Ita semiuftulatus feris objectus est, sed has etiam virtus demulfit. Iterum in flammis missus, aurum exivit. Post in crucem actus, cruce scilicet gravius habuit deponi è cruce. Ad extre-
mum

10. Octob. VITÆ SANCTORUM. 635
mum cum sacrificantem in carcere
CHRISTUS spectabilis animasset,
non minus mortis D. Pauli, quam vi-
tæ æmulus, gladio occubuit. Illud me-
moratu dignum, quod abscissum caput
inter Angelorum accinentium comita-
tus, suis ipse manibus passus bis mille
ad destinatum tumulum portaverit, novo
miraculo & funus idem & funeris du-
ctor. Ex Hilduino & opere Marian. Canis.

*Crucifixum intueamur, ut à peccato
sanemur: quomodo qui intuebantur serpon-
tem æneum in deserto, non peribant mor-
sibus serpentum: sic qui intuentur fide Chri-
sti mortem, sanantur à morsibus peccato-
rum. S. August. in Ioan.*

S. THEOPHILUS CONF. 10. Octobris.

HUc oculos & filii & parentes! Spe-
culum commune utrisque hodie
THEOPHILUS esto. Trimulum & sa-
cris undis ablutum parentes pii ad Ste-
phanum Eremitam incolam abduxerunt, pre-
cibus Deo jam tum initiandum. Nimi-
rum adhuc Pueritiam immaturam celo
credemus? Tertio decimo ætatis anno
necdum exacto, sub Stephani vultu fe-
liciter THEOPHILUM Angelus bo-
nus fallens ad mundi contemptum illis
verbis pellexit: *Tolle crucem tuam, & se-
querere me.* Et hodie ad eundem invitare ho-
minem homini non licebit? non licebit
An-